

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman


Excerpt

[More information](#)

NOTE ON THE TEXT

The purposes of this brief note are, first, to recapitulate my editorial position and, secondly, to correct some errors which I committed in my discussion of the text in my previous volume.

V.'s text ultimately depends upon the lost Murbach codex (M) which Beatus Rhenanus discovered between the end of March and the month of August 1515 (see von der Gönna 231). Rhenanus arranged for (M) to be copied by an anonymous friend: this copy, known as (R), is now also lost. In 1516 another friend, Bonifacius Amerbach, made another copy of V.'s text which is known as A: in my opinion this was a copy of (R) and not, as most editors have believed, a direct copy of (M) (see *TN* 11–25 for the detailed arguments on which this opinion is based). Within a further two or three years Rhenanus began to prepare the *editio princeps*, known as P: the text was printed by Froben in Basel, was based on (R), and was completed by 15 November 1520 (the date of Rhenanus' epilogue to his readers on p. 70 of the *ed. pr.*). Six days later Rhenanus' father died at Sélestat (see von der Gönna 237): he had no doubt been ill for some time, and Rhenanus had presumably been commuting between there and Basel during his illness. During the same month one of Rhenanus' scribes, J. A. Burer, noticed a discrepancy between P and (M) which led him to collate the one with the other: this collation, known as B, is printed as an appendix to P. The relationship between these various authorities can be summed up schematically as follows:



Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

NOTE ON THE TEXT

Although the latest date to appear in P is 13 December 1520, the book was not published during the following day or two, as I stated at *TN* 7; it has been shown by von der Gönna (238) that the book was still not published by 13 January of the following year, and that the earliest reference to its appearance is 11 March 1521. Two final points need to be made about P. First, in some places different copies of the *ed. pr.* exhibit different readings, a phenomenon which I have indicated by *uel* in my apparatus criticus and discussed at 67.1n. and 83.2n. Secondly, Rhenanus' personal copy of the *ed. pr.* may still be consulted at Sélestat, and it reveals that he continued to emend V.'s text in his own hand in its margins (see von der Gönna 238–40), thereby anticipating some of the emendations which other scholars were to make later on. I have naturally reattributed such emendations to Rhenanus where appropriate.

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

TEXT

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

SIGLA

- P* editio princeps quam Rhenanus imprimendam curauit
anno 1520
- B* lectiones quas Burer e codice Murbacensi se testatur
hausisse anno 1520
- A* apographon quod Amerbach scripsit anno 1516

Coniecturae quas Rhenanus in marginibus editionis principis, Burer in eiusdem appendice fecit, ipsorum nominibus in apparatu critico indicantur.

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

VELLEII PATERCVLI
HISTORIARVM AD
M. VINICIVM CONSVLEM

LIBER SECUNDVS

- 4** Secutus deinde est consulatus C. Caesaris, qui sribenti manum iniicit et quamlibet festinantem in se morari cogit. hic nobilissima Iuliorum genitus familia et (quod inter omnes antiquissimos constabat) ab Anchise ac Venere deducens genus, forma omnium ciuum excellentissimus, 5 uigore animi acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam et naturam et fidem euectus, magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum Magno illi Alexandro (sed sobrio neque iracundo) similis, qui denique semper et somno et cibo in uitam non in 10 uoluptatem uteretur, cum fuisse C. Mario sanguine coniunctissimus atque idem Cinnae gener (cuius filiam ut repudiaret nullo metu compelli potuit, cum M. Piso consularis Anniam, quae Cinnae uxor fuerat, in Sullae dimisisset gratiam) habuisseque fere XVIII annos eo tempore quo 15 Sulla rerum potitus est, magis ministris Sullae adiutoribusque partium quam ipso conquirentibus eum ad necem mutata ueste dissimilemque fortunae suae indutus habitum nocte urbe elapsus est.
- 3** Idem postea admodum iuuenis, cum a piratis captus esset, 20 ita se per omne spatium, quo ab his retentus est, apud eos gessit ut pariter his terrori uenerationique esset neque

¹ COS C. Caesar^{is} *A* ² quamlibet *A*: queml- *P*: ‘alias ... quamlibet’
Burer ⁴ antiquitatis studiosos *Halm*: quod i. omnes constat, anti-
 quissima *Acidalius*: *alii alia* ⁶ munificentia *Gelenius*: -ae *PA* ¹⁰ et
 cibo et somno *A* ²¹ se per *B*: semper *PA* ²¹⁻² iis *Orelli (bis)* ²²
 horroriq (*del.*) terrori *A*

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

VELLEII PATERCVLI

umquam aut nocte aut die (cur enim quod uel maximum est, si narrari uerbis speciosis non potest, omittatur?) aut excalcearetur aut discingeretur, in hoc scilicet ne, si quando aliquid ex solito uariaret, suspectus his, qui oculis tantummodo eum custodiebant, foret. longum est narrare quid et 5 quoties ausus sit; quanto opere conata eius qui obtinebat Asiam magistratus populi Romani motu suo destituerit, 2 illud referatur, documentum tanti mox euasuri uiri. quae nox eam diem secuta est qua publica ciuitatium pecunia redemptus est, ita tamen ut cogeret ante obsides a piratis 10 ciuitatibus dari, contracta classe et priuatus et tumultuaria <manu> inuectus in eum locum in quo ipsi praedones erant, partem classis fugauit, partem mersit, aliquot naues multosque mortales cepit; laetusque nocturnae expeditionis triumpho ad suos reuersus est, mandatisque custodiae quos 15 ceperat, in Bithyniam perrexit ad proconsulem Iunium <Iun>cum (idem enim Asiam eamque obtinebat), petens ut auctor fieret sumendi de captiuis supplicii. quod cum ille se facturum negasset uenditurumque captiuos dixisset (quippe sequebatur inuidia inertiam), incredibili celeritate reuectus 20 ad mare, priusquam de ea re ulli proconsulis redderetur epistula, omnes, quos ceperat, suffixit cruci.

43 Idem mox ad sacerdotium ineundum (quippe absens pontifex factus erat in Cottae consularis locum, <cum> paene puer a Mario Cinnaque flamen Dialis creatus uictoria 25 Sullae, qui omnia ab iis acta fecerat irrita, amisisset id

1 aut die aut nocte *A* re maximum *Pluygers* 4 hiis *A* 6 quotiens
A post sit interpusxit *Kritz*: ante quanto lacunam posuit *Krause* 7 motu
PA: metu *Gelenius* destituerit *Rhenanus*: -uere *PA* 9 quam p. ciuitatum *A* 10 est *BA*, om. *P* 12 <manu> *Halm*: et priuata et tum. *Oudendorp*: et priuatum et tumultuarie *Cludius*: tumultuaria priuatus (et... et secl.) *Rühl* ubi (*del.*, *suprascr.* in quo) *A* 15 custodia equos *A* 16 Bythiniam *A* 17 <Iun>cum *Nipperdey* Asiam eamque *Lipsius*: *A*. eam quam *PA*: eam Asiamque *Stegmann* 19 negauit (*del.*) negasset *A* 20 inuidiam inertia *olim Haase*: inuidiam auaritia *E. Wilhelm* 21 redderetur epistola *P*: -erentur epistula *B*: -eretur eppla *A*: -erentur epistulae *Burer* 24 <cum> *Lipsius* 26 iis facta (*del.*) accepat (*del.*) acta *A* id *Gelenius*: ad *PA*

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

HISTORIAE 2.42-44

- sacerdotium) festinans in Italiam, ne conspiceretur a praedonibus omnia tunc obtinentibus maria et merito iam infestis sibi, quattuor scalmorum nauem una cum duobus amicis decemque seruis ingressus effusissimum Adriatici 2 maris traiecit sinum. quo quidem in cursu conspectis (ut 5 putabat) piratarum nauibus, cum exuisset uestem alligassetque pugionem ad femur alterutri se fortunae parans, mox intellexit frustratum esse uisum suum arborumque ex longinquu ordinem antemnarum praebusse imaginem.
- 3 Reliqua eius acta in urbe – nobilissimaque Dolabellae 10 accusatio et maior ciuitatis in ea fauor quam reis praestari solet; contentionesque ciuiles cum Q. Catulo atque aliis eminentissimis uiris celeberrimae et ante praetoram uictus <in> maximi pontificatus petitione Q. Catulus, omnium 4 confessione senatus princeps, et restituta in aedilitate aduersante quidem nobilitate monumenta C. Marii; simulque reuocati ad ius dignitatis proscriptorum liberi; et praetura quaesturaque mirabili uirtute atque industria obita in Hispania (cum esset quaestor sub Vetere Antistio, auo huius Veteris consularis atque pontificis, duorum consularium et 20 sacerdotium patris, uiri in tantum boni in quantum humana simplicitas intellegi potest) – quo notiora sunt, minus egent stilo.
- 44 Hoc igitur consule inter eum et Cn. Pompeium et M. Crassum inita potentiae societas, quae urbi orbique ter- 25 rarum nec minus diuerso cuique tempore ipsis exitiabilis 2 fuit. hoc consilium sequendi Pompeius causam habuerat ut tandem acta in transmarinis prouinciis, quibus (ut praediximus) multi obtrectabant, per Caesarem confirarentur consulem; Caesar autem quod animaduertebat 30

² iam ed. Bipont.: tam PA 4 effusissimam A 8 se (del.) frus. A 10 nobilissima Gn. Dol. Haase Dolob- PA 11 in eo Heinsius praestare A 12 q. Cat- A 14 <in> Halm q (suprascr. Q.) A 20 atque P: ac A 26 cuique Laurent: quoque PA, quod post ipsis transpos. Haase: quoique Acidalius 29 praedixi A

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

VELLEII PATERCVLI

se cedendo Pompeii gloriae aucturum suam et inuidia communis potentiae in illum relegata confirmaturum uires suas; Crassus ut, quem principatum solus adsequi non poterat,
 3 auctoritate Pompeii, uiribus teneret Caesaris. adfinitas etiam inter Caesarem Pompeiumque contracta nuptiis: 5
 4 quippe filiam C. Caesaris Cn. Magnus duxit uxorem. in hoc consulatu Caesar legem ut ager Campanus plebei diuidetur, suasore legis Pompeio. ita circiter XX <milia> ciuium eo deducta et ius ab his restitutum post annos circiter CLII quam bello Punico ab Romanis Capua in formam 10
 5 praefecturae redacta erat. Bibulus, collega Caesaris, cum actiones eius magis uellet impedire quam posset, maiore parte anni domi se tenuit; quo facto dum augere uult inuidiam collegae, auxit potentiam. tum Caesar decretae in quinquennium Galliae.
 15
 45 Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, disertus, audax, qui <ne>que dicendi neque faciendi ullum nisi quem uellet nosset modum, malorum propositorum executor acer-
 rimus, infamis etiam sororis stupro et actus incesti reus ob initum inter religiosissima populi Romani sacra adulterium, 20 cum graues inimicitias cum M. Cicerone exerceret (quid enim inter tam dissimiles amicum esse poterat?) et a patribus ad plebem transisset, legem in tribunatu tulit <ut> qui ciuem Romanum <in>demnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur; cuius uerbis etsi non nominabatur, 25
 2 Cicero tamen solus petebatur. ita uiri optime meritus de re publica conseruatae patriae pretium calamitate<m> exilii tulit. non caruerunt suspicione oppressi Ciceronis Caesar et Pompeius; hoc sibi contraxisse uidebatur Cicero quod inter
 3 XX uiros diuidendo agro Campano esse noluisset. idem 30

¹ secedendo *A* ³ quem *BA*: qui *P* ⁴ uiri uiribus *BA* ⁶
 <Juliam> filiam *Orelli* ⁷ aut ager *A* ⁸ <milia> *uulgo* ⁹ ab his
PA: his *Lipsius*: a II uiris *G. A. Koch*: urbis *Heinsius*: ciuitatis
Puteanus ¹¹ erat om. *A* ¹⁷ <ne>que *Vascosanus*: quique *PA* ²³
 <ut> *Novák (1906)* ²⁴ <in>demnatum *Puteanus*: damn- *PA* ei *Gel-*
enius: et *PA* ²⁵ quibus uerbis *Burman* ²⁷ calamitate *PA*, em.
Gelenius ³⁰ uidendo *A*

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

HISTORIAE 2.45–46

intra biennium sera Cn. Pompeii cura uerum (ut cupi*(i)t*) intenta, uotisque Italiae ac decretis senatus, uirtute atque actione Annii Milonis tribuni plebis dignitati patriaeque restitutus est. neque post Numidici exilium aut redditum quisquam aut expulsus inuidiosius aut receptus est laetius; cuius 5 domus quam infeste a Clodio disiecta erat, tam speciose a senatu restituta est.

4 Idem P. Clodius in senatu sub honorificentissimo ministerii titulo M. Catonem a re publica relegauit: quippe legem tulit ut is quaestor cum iure praetorio, adiecto etiam quaestore, mitteretur in insulam Cyprum ad spoliandum regno Ptolemaeum, omnibus morum uitiis eam contumeliam 10 meritum. sed ille sub aduentum Catonis uitiae sua uim intulit: unde pecuniam longe sperata maiorem Cato Romam rettulit. cuius integritatem laudari nefas est, insolentia paene argui potest, quod una cum consulibus ac senatu effusa ciuitate obuiam cum per Tiberim subiret, nauibus non ante is egressus est quam ad eum locum peruenit ubi erat exponenda pecunia.

46 Cum deinde immanes res uix multis uoluminibus expli- 20 candas C. Caesar in Gallia ageret nec contentus plurimis ac felicissimis uictoriis innumerabilibusque caesis et captis hostium milibus etiam in Britanniam traieciisset exercitum, alterum paene imperio nostro (ac suo) quaerens orbem, triuictus pars† consulum, Cn. Pompeius et M. Crassus, 25 alterum iniere consulatum, qui neque petitus honeste ab his 2 neque probabiliter gestus est. Caesari lege, quam Pompeius

¹ ut cupi*(i)t* scripti: et cupit PA: ut cupit Seebode: ut coepit Gelenius ² intenta Wopkens: interita PA sanatus A ³ dignitate A ⁸ in senatu PA, secl. Cuiacius: in tribunatu Heinicus ¹⁰ quaestor*(ius)* Lipsius ¹⁰⁻¹¹ quaestore mitteretur Gelenius: -tor em- PA ¹² Ptolomeum A ¹⁵ *<haud* laudari Ruhnken ¹⁷ per secl. Burman ¹⁸ iis Aldus ²¹ gereret Stanger ²² et BA: ac P ²⁴ querens A ²⁵ uictus pars PA, obelis notau: inuictum par Rhenanus: uetus par Ursinus, fort. recte: inuidum p. Ruperti: inuisum p. Acidalius: alii alia ²⁶ hiis A: iis Orelli ²⁷ lege Gelenius: -ē P: -es A ²⁸ quas A

Cambridge University Press

0521607027 - Velleius Paterculus: The Caesarian and Augustan Narrative (2.41-93)

Edited by A. J. Woodman

Excerpt

[More information](#)

VELLEII PATERCVLI

ad populum tulit, prorogatae in idem spatium temporis
 prouinciae, Crasso bellum Parthicum in animo molienti
 Syria decreta; qui, uir cetera sanctissimus immunisque uol-
 uptoatibus, neque in pecunia neque in gloria concupiscenda
 3 aut modum norat aut capiebat terminum. hunc pro- 5
 ficitiscentem in Syriam diris cum omnibus tribuni plebis
 frustra retinere conati; quorum execrationes si in ipsum tan-
 tummodo ualuisserent, utile imperatoris damnum saluo exer-
 4 citu fuisset rei publicae. transgressum Euphraten Crassum
 petentemque Seleuciam circumfusis immanibus copiis 10
 equitum rex Orodes una cum parte maiore Romani exer-
 citus interemit. reliquias legionum C. Cassius, atrocissimi
 5 mox auctor facinoris, tum quaestor, conseruauit, Syriamque
 adeo in populi Romani potestate retinuit ut transgressos in
 eam Parthos felici rerum euentu fugaret ac funderet. 15

47 Per haec insequentiaque et quae praediximus tempora
 amplius CCCC milia hostium a C. Caesare caesa sunt, plura
 capta; pugnatum saepe derecta acie, saepe in agminibus,
 saepe eruptionibus; bis penetrata Britannia; <e> nouem
 denique aestatibus uix ulla non iustissimus triumphus emer- 20
 itus, circa Alesiam uero tantae res gestae quantas audere uix
 2 hominis, perficere paene nullius nisi dei fuerit. quinto ferme
 anno Caesar morabatur in Galliis cum medium iam ex
 inuidia po<te>ntiae ta<m> male cohaerentis inter Cn. Pompeium
 et C. Caesarem concordiae pignus, Iulia, uxor 25
 Magni, decessit; atque omnia inter destinatos tanto dis-
 crimini duces dirimente fortuna, filius quoque paruus
 Pompeii, Iulia natus, intra breue spatium obiit.

2 prouinciae om. A in ante animo secl. Claudius: iam Heinsius 5 terminum P: terim A 6 cum secl. Krause omnibus P 8 uile Lipsius 10 circumfusis Gelenius: -os PA: -um Vossius: -us Vascosanus 17 CCCC PA: DCCC Lipsius: CIOC Vossius 18 directa P: de recta A in secl. Lipsius 19 <e> Krause 20 aestatum Wopkens 21 gestae BA, om. P 22 quinto Krause: septimo PA: quarto Laurent 23 Gallis A 24 po<te>ntiae Lipsius: ta<m> Woodman: male Rhenanus: Ponti ac (et A) Camiliae PA: po<te>ntiae et aemulatione Laurent: alii alia